



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia**

**Tamburini, Tommaso**

**Lugduni, 1689**

Qui ut asseris.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

pererunt. Patres autem Societatis in casu occurrente huius restrictionis, vel recurrant ad sum R.P. Generatorem, ut in simili notavimus n. 17. vel ad Episcopum, ut dictum est.

§. IV. De Oratorijs in domibus privatis de licentia Summi Pontificis.

Reve Pontificum concedens Oratorium privatum, huius tenoris esse hodie solet.  
 Innocentius Papa X. Tibi, *Dioecesis Panormitana*, qui, *affertis, de nobili genere procreatus existis ut in privato domus tua solita habitationis Oratorio, ad hoc decenter extructo, & ornato, seu extruendo ab omnibus Domesticis, & vobis libero, per Ordinarium loci prius visitando & approbando, ac de ipsius Ordinarii licentia, eius arbitrio duntaxat una Missam pro unoquoque die, dummodo in eadem domo celebrandi licentia, que adhuc daret, alteri concessa non fuerit, per quemcumque Sacerdotem ab eodem Ordinario approbatum Sacularum, seu de Superiorum suorum licentia, Regularem, sine tamen quorumcumque iniuriam, & Preiudicium, ac Paschatis, Resurrectionis, Pentecostes, & Nativitatis D. N. Iesu Christi, necnon alius solemnioribus anni festis diebus exceptis, in tua, & familiaribus, necnon hospitium tuorum nobilium presentia, celebrari licere libere, & licite possis, & valeas, indulgemus. Nosque volumus, &c. Volumus autem, quod familiares servitibus tuis non necessarij ibidem Missa interesse, ab obligatione audiendi Missam in Ecclesia diebus festis, de precepto tamen liberi censeantur. Dat. Rom. &c.*

Item per singulas clausulas singula sunt difficultates pro nostro more breviter explicanda.

Tibi Dioecesis Panormitana.

1. Talis privilegiatus transferat domicilium in aliam Dioecesim, ex Panormitana v.g. eam ad Messanen-  
 sem, non amittit Privilegium, sed ibi poterit illo uti *cap. Privilegium, de reg. iuris, in 6. l. Privilegia quedam, in amobus, de reg. iuris. Diana p. 4. tract. 4. ref. 208. Navarrio, & Megal. faverque Salas de leg. d. 20. sect. 19. n. 123. & Sanch. Var. resol. p. 1. q. 63. Ratio est quia hoc privilegium est personale, quod personam sequitur, nec est affixum loco: & illud Dioecesis talis, non apponitur restrictivè, seu taxativè, sed solum demonstrativè in hunc sensum: Tibi qui nunc es Dioecesis talis. Vide tamen id, quod paulo post monebimus n. 7.*

Qui, ut affertis, de nobili genere procreatus existis.

2. Tribus dictis hæc clausula declarabitur. Dico primo, sufficere esse nobilem ex parte Patris, nec sufficere talem esse solum ex parte Matris. Ratio est, quia vera, & absoluta Nobilitas, quæ hic requiritur, ut mox n. 5. dicemus ex Patre, non vero ex sola Matre deducitur. Ita Sanchez lib. 8. de mar. d. 19. n. 6.

3. Dico secundò, illum hic conferri nobilem, qui per aliquot generationes artem mechanicam non exercuit. Quare ij qui ex Privilegio Principis, vel Senatorum assumuntur ad gradum nobilitatis, quique homines novi seu nobiles appellari possunt, hic excluduntur, quia concessio per dicta Oratorij non fit ei, qui est nobilis, sed ei, qui ex nobili genere procreatus existit.

4. Dico tertio, non verificata hac clausula, corrumpi hoc Oratorij Privilegium. Ratio est ducenda ex communione doctrina ibi d. 2. 1. num. 17. dicente in ejsmodi Indultis, non verificata ea conditione, qua non existente, Privilegium omnino non concederetur, Indultum esse subreptivum, quia tunc illa conditio requiritur principaliter, estque veluti essentialis: at scimus omnes, ex titulo Curia, hoc Oratorij Privilegium nunquam à Pontifice concedi nisi Primatibus & Proceribus Civitatum.

5. In privato domus tua solita habitationis Oratorio.

6. Quid si transferas domum, poterisne in domo

nova, sive empta, sive locata Oratorium erigere.  
 Respondo, posse quia iam hæc est domus ut a solita habitationis, ubi enim quis habitat in maiore parte anni, domicilium habere, & consequenter absolute habitare dicitur Ita idem l. 5. de matrim. d. 23. n. 12. Propter eandem immò maiorem rationem posses Oratorium semel ab Episcopo approbatum mutare in alium locum eiusdem domus.

7. Moneo tamen in utroque casu, & in casu dicto n. 2. necesse esse, ut accedat Episcopus, seu eius Vicarius locum novum approbatus, ut ex tenore privilegij constat.

An hoc decenter muro extructo, ornato, ab omnibus domesticis vobis libero.

8. Debet ergo locus ita esse constructus, ut discernatur esse diversus ab alijs eiusdem domus locis ad usus profanos designatis, & ita ornatus pia aliqua imagine, ornamentisque Altaris instructus, ut sacer appareat. Non puto tamen necessarios esse quatuor muros cu ianua, cum satis videatur esse si sint tres muri Oratorium separatum efformantes, licet patente ad prospectum quarto, vice ianua. Ratio est, quia observavi in aliquibus eiusmodi Oratorijs etiam timoratorum hunc quartum parietem non adesse, sed ita in capite aula, vel magni cubiculi extructa, ut non claudantur ligneis foribus, quæ certè iis claudi esset decentius, sed integra tela amovibili ab uno ad alterum Oratorij latus extensa, & quidem non indecorè.

9. Per ea verba ab vobis domesticis libero, non tolli censo casum necessitatis. Quare sicuti necessitate occurrente permittitur ex Sa v. Eccl. n. 3. in Ecclesia, quæ est consecrata, vel benedicta, dormire, comedere, negotiari, ita & in dicto Oratorio, quod solum est ad tempus ad factum usum deputatum. Sanè Sanch. l. 9. de mar. d. 15. n. 12. concedit etiam copulam petere, & reddere uxoris occurrente necessitate, ibidem ab ipso explicata, cur igitur non erit par ratio in Oratorio?

Illud à me quaesitum nuper fuit. An possit quis super Oratorij fornixem, seu tegum apponere lectum, & ibi per noctes dormire. Respondi, licet reverentiæ magis congrueret, si id non fieret, maxime ab uxoris, tamen me non invenire id esse in iure positivo prohibitum, imò nec ob dictam reverentiam prohibitum iure naturali, quia verè qui dormit supra fornixem, extra Ecclesiam dormit. Sic Sanchez lib. 1. n. 26. ex Glossa c. n. de consec. Eccl. in 6. laudavi tamen aliquorum Religiosorum solertiam, qui licet dormirent in cubiculo extructo super Oratorium, lectulum nihilominus non apponebant directè correspondentem Altari, sed quanto distantius poterant ad latus.

10. Petes, An dictum Oratorium quamvis nunc ab usibus profanis liberum possit ad nutum domini volentis Privilegio uti, ad eisdem redire.

Respondeo cum Sanch. ibi d. n. 39. cap. Si de terra, de Privilegijs posse, quia ex una parte Privilegijs utimur, quando volumus: & ex alia hæc privata Oratoria ex se sunt loca prophana, licet ex licentia in iis celebretur, adde, nec gaudent immunitate Ecclesiastica: Sic idem Sanch. ibi d. nec violantur per sanguinis, feminilve effusionem, ut indigeant benedictione ibi d. nec copula vel homicidium ibi habita sunt sacrilegia, ibi d.

Quod si late Oratorium profanatum velit dominus iterum ad usum factum celebrandi remittere, nova approbatione, & deputatione Ordinarij indigebit, ut ex n. 7. colligi potest, & notat in simili Castrop. de Bulla Cruciatâ, p. 6. n. 3.

Per Ordinarium loci prius visitando & approbando.

11. Non nisi semel tantum erit dictum Oratorium & quidem gratis visitandum ut nimirum videatur an locus decens sit. Rursus eo visitato approbatoque non potest consequenter amplius visitari. Tertio unde nec procuratio exigi. Quarto, nec impediri, ne ibi iuxta tenorem privilegij